

Ezra hunc versiculum obscurissimum ut pendat à peccata diluit, et ea que admitti poterant compescit : que sumpta ab exterioribus plagis, concusse menti poenitentia vulnera infligit. Unde scriptum est : *Livor vulneris abstergit mala, et plaga in secretioribus ventris.* Mala enim livor vulneris abstergit, quia flagellorum dolor vel cogitatas, vel perpetratas nequitiis diluit. Et post nonnulla : *Livor ergo vulneris abstergit mala, et plaga in secretioribus ventris, quia cum exterius percuntur, ad peccatorum nostrorum memoriam taciti afflictique revocamur, atque ante oculos nostros cuncta que à nobis sunt male gesta redducimus, et per hoc quod foris patimur, magis intus, quod fecimus, dolemus.* Unde fit ut inter aperta vulnera corporis, amplius nos abluat plaga secreta ventris, quia sanat nequitiis pravi operis occultum pulvis doloris. Idem, 25 Moral., c. 13 : *Meum compunctam plaga percussiois sunt lamenta compunctionis.* Et mox citato hoc loco : *Per livorem quippe vulneris disciplinam insinuat corporea percussiois.* Plaga verò in secretioribus ventris, sunt interna mentis vulnera, que per compunctionem fiunt : sicut enim venter cibus repletus extenditur, ita mens pravis cogitationibus dilatata sublevarur. Abstergit igitur ventris, quia et disciplina exterior culpas diluit, et extensam mentem compunctio poenitentia ulione transigit. Sed hoc inter se utraque hæc differunt ; quod plaga percussioem dolent, lamenta compunctionum sapiunt. Illæ affligentes cruciant, ista red-

## CAPUT XXI.

1. Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini ; quocumque voluerit, inclinabit illud.
2. Omnis via viri recta sibi videtur ; appendit autem corda Dominus.
3. Facere misericordiam et iudicium, magis placet Domino, quam victimæ.
4. Exaltatio oculorum est dilatatio cordis ; lucerna impiorum peccatum.
5. Cogitationes robusti semper in abundantia ; omnis autem piger semper in egestate est.
6. Qui congregat thesauros linguâ mendacii, vanus et excors est, et impingetur ad laqueos mortis.
7. Rapina impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium.
8. Perversa via viri, aliena est ; qui autem mundus est, retum opus ejus.
9. Melius est sedere in angulo domatit, quam cum muliere liigiosa, et in domo communi.
10. Anima impii desiderat malum ; non miserabitur proximo suo.
11. Maledictio pestilente, sapienter erit parvulus ; et si sectetur sapientem, sumet scientiam.
12. Excogitat justus de domo impii, ut detrahatur impio à malo.
13. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et non exaudietur.
14. Manus absconditum extinguunt iras, et donum in sinu indignationem maximam.
15. Gaudium iusto est facere iudicium, et pavor operantibus iniquitatem.
16. Vir qui erraverit à viâ doctrinæ, in costu gigantum commorabitur.

precedente, et sit similitudo : *Quomodocumque gloria juvenum est fortitudo eorum, et honor sanum sapientia cana et matura : sic livor et purulentia in vulnere est mundities et purgatio mali.* Mihi magis placet sensus Sapientie magis dignus, nempe ut intelligamus metaphoram tractatam à corpore ad animam ; q. d. : Quod in vulneribus corporis videmus fieri, idem sentiendum de plagis mentis. *Collectio purulenta in vulneribus facit ad sanitatem et purgationem mali, et plaga que fiunt in penetrabilibus ventris ;* hoc est, anime morbi eodem modo curantur per livores et saniem in unum locum collectam ; dum ad memoriam peccata revocantur, dum perpendimus quam ingens malum sit Deum offendere, dum de gravitate et facilitate peccandi cogitamus, et ex animo dolentes, purulentiam plagarum anime per poenitentiam ad unum veluti locum revocare videmus et purgare. Alii per naturam hominem intelligunt, et similitudinem ad hunc modum deducunt, ut vulnera que sunt in extremâ cute, et plaga que aliis infinguntur, veluti ad interna et viscera, cum dolore et malo curantur ; sic malus homo nunquam nisi suo damno sapit, neque castigatur nisi per dolorem.

« cum dum affligunt. Per illas in afflictione moror est, per hæc in morore lætitia. » (Corn. à Lap.)

## CHAPITRE XXI.

1. Le cœur du roi est dans la main du Seigneur, comme une eau courante ; il le fait tourner de tel côté qu'il veut.
2. Toutes les voies de l'homme lui paraissent droites ; mais le Seigneur pèse les cœurs.
3. Faire miséricorde et justice, est plus agréable au Seigneur, que des victimes.
4. L'orgueil du cœur rend les yeux altiers ; la lampe des méchants est un péché.
5. Les pensées d'un homme fort produisent toujours l'abondance ; mais tout paresseux est toujours pauvre.
6. Celui qui amasse des trésors avec une langue de mensonge, est un homme van et sans jugement ; et il s'engagera dans les filets de la mort.
7. Les rapines des impies seront leur ruine, parce qu'ils n'ont pas voulu agir selon la justice.
8. La voie corrompue de l'homme est une voie étrangère ; mais quand l'homme est pur, ses œuvres sont droites.
9. Il vaudrait mieux demeurer en un coin, sur le haut de la maison, que d'habiter avec une femme querelleuse dans une maison commune.
10. L'âme du méchant désire le mal ; et il n'aura point compassion de son prochain.
11. Quand un homme contagieux sera puni, le simple en deviendra plus sage ; et si s'attache à un homme sage, il acquerra la science.
12. Le juste pense avec application à la maison de l'impie, pour retirer les méchants du mal.
13. Celui qui ferme l'oreille au cri du pauvre, criera lui-même, et ne sera point écouté.
14. Un présent secret étient la colère ; et un don qu'on met dans le sein, apaise l'indignation la plus grande.
15. Le juste trouve sa joie dans la pratique de la justice ; mais ceux qui commettent l'iniquité, sont dans l'effroi.
16. L'homme qui s'égare de la voie de la doctrine, demeurera dans l'assemblée des géants.

17. Qui diligit epulas, in egestate erit ; qui amat vinum et pingua, non dilabitur.
18. Pro justo datur impius, et pro rectis iniquus.
19. Melius est habitare in terrâ deserta, quam cum muliere rixosa et iracundâ.
20. Thesaurus desiderabilis et oleum in habitaculo justi, et imprudens homo dissipabit illud.
21. Qui sequitur iustitiam et misericordiam, inveniet vitam, iustitiam et gloriam.
22. Civitatem fortium ascendit sapiens, et destruxit robur fiducia ejus.
23. Qui custodit os suum et linguam suam, custodit ab angustiis animam suam.
24. Superbus et arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiâ.
25. Desideria occidunt pigrum ; noluerunt enim quidquam manus ejus operari ;
26. Totâ die concupiscit et desiderat ; qui autem iustus est, tribuit, et non cessabit.
27. Hostie impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere.
28. Testis mendax peribit ; vir obediens loquetur victoriam.
29. Vir impius procacter obfirmat vulvum suum ; qui autem rectus est, corrigit viam suam.
30. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.
31. Equus paratur ad diem belli ; Dominus autem salutem tribuit.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — SICUT DIVISIONES AQUARUM ITA COR REGIS IN MANU DOMINI : QUOCUMQUE VOLUERIT INCLINABIT ILLUD. Rectè supplevit interpres adverbium similitudinis : *Sicut divisiones, supple, sunt in manu et pensæ agricolam,* qui pro suo commodo potest hinc vel illuc aquam derivare, præsertim in quibusdam regionibus, ubi ex more illud fieri solet ; *ita cor regis et voluntatem sive consilium solet Deus inclinare pro sua voluntate, vel in bonum subditorum, vel in malum et peccatum, hoc exigentibus populi peccatis :* nam, ut alibi scriptum est, *per me reges regnant,* c. 8 ; et : *Propter peccata populi facit hypocritam regnare,* Job. 34. Quod si cor regis sit in manu Domini, quod maxime liberum videtur quanto magis relique vires et apparatus bellicus quamlibet ingens ? quanto magis alii privati homines ? ut referatur versiculus ad præcedentia, qui investigat omnia secreta ventris. *Aliter : Sicut divisiones aquarum, scilicet tant in manu Domini, qui præcipit dicens : Fiat firmamentum, et dividat aquas ab aquis, Gen. 1 ; qui divisit mare Rubrum in divisiones,* Psal. 156 ; *qui placuit super justos et injustos,* Matth. 7 ; et Judæis transeuntibus Jordanis fluenti subsistere fecit, eadem facilitate corla regum moderabitur. Possunt hæc ad mysterium Baptismatis referri, ut intelligamus : sicut Ministri est aquam dividere immergendo corpora, ita est Dei corda sanctificare Christianorum, qui sunt omnium acquisitionis et regale sacerdotium.

17. Celui qui aime les festins, sera dans l'indigence ; celui qui aime le vin et la bonne chère, ne s'enrichira point.
18. Le méchant sera livré pour le juste, et l'injuste pour ceux qui ont le cœur droit.
19. Il vaut mieux habiter dans une terre déserte, qu'avec une femme querelleuse et colère.
20. Il y a un trésor précieux et de Thulé dans la maison du juste ; mais l'homme imprudent dissipera tout.
21. Celui qui exerce la justice et la miséricorde, trouvera la vie, la justice et la gloire.
22. Le sage s'est rendu maître de la ville des fors ; et il a détruit la force où elle metait sa confiance.
23. Celui qui garde sa bouche et sa langue, garde son âme de pressantes afflictions.
24. Le superbe et le présomptueux passera pour ignorant, parce que dans sa colere, il s'emporte en des actions d'un insolent orgueil.
25. Les desirs tuent le paresseux ; car ses mains ne veulent rien faire.
26. Il passe toute la journée à faire des souhaits ; mais celui qui est juste, donne et ne cesse point de travailler.
27. Les hosties des méchants sont abominables, parce qu'ils les offrent du fruit de leurs crimes.
28. Le témoin menteur péira ; celui qui obéit sera victorieux dans ses paroles.
29. Le méchant fait paraître sur son visage une assurance effrontée ; mais celui qui a le cœur droit corrige sa voie.
30. Il n'y a point de sagesse, il n'y a point de prudence, il n'y a point de conseil contre le Seigneur.
31. On prépare un cheval pour le jour du combat ; mais c'est le Seigneur qui sauve.

VERS. 2, 5. — OMNIS VIA RECTA SIBI VIDETUR, APPENDIT AUTEM CORDA DOMINI (1). FACERE MISERICORDIAM ET IUDICIUM MAGIS PLACET DOMINO, QUAM VICTIMÆ (2). Hoc versiculus jam crebrò ignorantiâ et sup-

(1) Toutes les voies de l'homme lui paraissent droites. L'homme approuve aisément tout ce qu'il fait ; sa voie lui paraît droite, et son intention pure ; mais il peut y avoir au fond de son cœur un dérèglement qu'il ne connaît pas. Cette parole a rapport à celle qui a été dite auparavant, *qu'il y a une voie qui paraît droite à l'homme, dont la fin néanmoins conduit à la mort.*

On peut donner encore ce sens à cette sentence : *Toutes les voies de l'homme lui paraissent droites, parce que ce sont des voies de l'homme, et que c'est lui-même qui les a choisies. Nous devons donc extrêmement craindre de nous faire nous-mêmes une voie, et d'entrer par une inclination tout humaine et sans consulter Dieu ; dans des engagements qui peuvent quelquefois durer toute notre vie.*

Mais le Seigneur pèse les cœurs. L'homme ne voit pas même son cœur, bien loin d'en peser les mouvements ; mais Dieu le voit, le pèse, et c'est sur cette recherche si exacte qu'il nous jugera. Il ne faut donc pas nous contenter des apparences, et nous devons dire souvent à Dieu comme David : *Eprobecet me, non Deus, et commacet non cor, c'est-à-dire, faites-le moi connaître. Proba me Deus, et scito cor meum.* (Sacy.)

(2) *Facere iustitiam et iudicium,* pietatis humanitatisque officia exsequi eligitur *Jova pro sacrificio,* magis placet Jova quam sacrificium. Idem jam dicebat Samuel ad Saulem 1 Sam. 15, 22, longè lectus esse et

perbiam humanam reprehendit sapiens, quæ tota à Deo pendere recusat, superitis, cap. 4 et 16: *Est via quæ videtur homini iusta; novissima autem ejus deducit ad mortem.* Sibi ipsis ferè blandiuntur homines, et libenter patrocinantur suis etiam vitis, in quibus dum sese oblectant, ad mortem perveniunt. Cæterum qui vias suas relinquunt, etiamsi videantur recte in oculis suis, et Dei sapientie auscultant, in *captivitatem redigentes intellectum in obsequium Christi*, 2 Cor. 10, dirigit nutantia corda, et confirmat gressus eorum qui incedunt, non in *via quæ illis recta videtur*, sed in *via Domini*, quæ est *justitia et judicium*. Alter: *Dominus ponderat* (vel *appendit*) corda, et magnum discrimen ponit inter viam et viam, et non solum non probat omnem viam, hoc est, actionem humanam, sed etiam inter ea quæ sunt bona et in lege præcepta latissimum vult esse discrimen; ut sequitur: *Facere justitiam et judicium*, q. d.: *Quamvis hostia et sacrificia præcepta et descripta in lege videantur propius ad Dei honorem spectare quam alia quæ homo in homines exercet, tamen is est Dei optimi maximi amor in hominem, ut illa sint apud eum opera sanctissima quæ hominibus maxime prosunt: enjuncti sunt justitia, in eo sensu quo superius exposuimus (attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, Matth. 6), et judicium; quæ tantò sunt Deo gratiora quanto illius bonitatem propius expriment.* Operam dare ut inopiam necessitati succurrat, et ut nemo patiatur injuriam, nemo inferat citra penam condignam, Dei præsentiam inter homines quo lammodo representat. Alter: Multæ viæ sunt hominum, hoc est, magna religionis varietas, et divini cultus diversissimi ritus, quibus ad Deum tendere humana conatur ignorantia; sed *Dominus qui corda ponderat*, unam solum approbat fidem; quam olim Judei variis hostiis et sacrificiis celebrabant, quæ pro tempore legis fuit *electissima via homini*; verum *Dominus*, qui *corda perpendit*, aliam nunc præfert viam, quam *justitia et judicio* frequentant Christiani, juxta illud: *Discite quid est: Misericordiam volo, et non sacrificium*, Matth. 9.

VERS. 4. — EXALTATIO OCLULOREM EST DILATATIO OMBIS: LUCERNA IMPIORUM, PECCATUM (1). Alii sic vertunt: *Novale impiorum, peccatum.* Vox  $\nabla$  ambigua est; *lucernam* significat, *novale*, vel *arationem*: et hunc sensum sequuntur Hebræi plerique omnes. *Exaltatio oculorum* elationem mentis significat et arrogantiam, cum quis sibi placet, et sine suspensioe multum tribuat. *Cordis dilatatio* desideria et concupiscentias significat; aliqui in bonam partem, *luculentiam amoris et charitatis* accipiunt Deo quod æquum est et justum facere, quibusque sacrificiis. Quod sæpius inculcatur. (Rosenmüller.)

(1) *Exaltatio oculorum*: superbia, despicientia: est: deest Hebr.: *dilatatio cordis*: vastæ cogitationes, præ fidentia; temeritas: unde Septuaginta  $\beta$  *possunt prædes*. *Lucerna* sive lux, gloria *impiorum*: pro quo jugum habet Chald. Alii vertunt: *Oratio*, id est, opera, cura, studia *impiorum*: hæc omnia *peccatum* sunt. Deo exosa sunt, mala sunt, et peccato debitas penas accersunt. (Bossuet.)

inexplebillem affectum, juxta illud 2 Cor. 6: *Os nostrum patet ad vos, ô Corinthii; cor nostrum dilatatum est: non angustiamini in nobis.* Sensus tandem versiculi ex præcedente pendet, ostendens qui sint quibus *sua via videtur recta*, hoc est, qui sibi placet in suis vitis potissimum, videlicet quibus sunt *oculi sublines*, et quibus *cor amplum et latum* et variis desideriis obnoxium. Horum via est peccatum. *Aratio impiorum*, hoc est, studium et cogitatio, est peccatum. Alter: *Elatio oculorum est peccatum, et dilatatio cordis est peccatum*, non *via recta*, ut pluribus videtur; imò est *novale impiorum*. Metaphora tracta ab agricultura, vitæ omnium laboriosissima. *Arandi laboribus peccandi consuetudinem confert Sapiens*, ne quis cæusor difficultatem virtutis et facilitatem peccandi. Alter juxta aliam versionem, nempe *lucerna impiorum*, quam sequitur Chaldeus, *impii*, qui non habent lucernam Domini, hoc est, *spiraculum* illud celestis gratiæ, de quo nuper disseruimus, quod *Deus sufflavit in Adamum*, Gen. 1, et Christus in discipulos, Joan. 20, dicens: *Accipite Spiritum sanctum* (de qua *lucerna* dictum est nuper); sed pro illa *lucerna* habent *elationem oculorum et dilatationem cordis*; et proinde eligunt neque viam *justitiam* neque *judicium*, neque viam divini cultus, sed consuetudinem peccandi, quæ illis *recta via videtur*. Prior expositio est melior.

VERS. 5. — COGITATIONES ROBUSTORUM, SEMPER IN ABUNDANTIAM: OMNIS AUTEM PIGER IN EGESTATE EST. Hebr.: *Cogitationes strenui ad abundantiam; et omnis festinus* (vel *preceps*) *ad inopiam, vel defectum.* Hic versiculus explicat quomodammodo præcedentem, juxta priorem intelligentiam, ut  $\nabla$  *novale pro cogitatione* accipiatur et studio *impiorum*, quod est ad peccatum. *Cogitationes et studia strenui*, vel *soliciti*, non ad peccatum neque ignominiam, sed ad incrementum sive dignitatem, juxta illud: *Omni habenti dabitur, et abundantabit*, Luc. 19. *Et omnis festinus*, q. d.: *Sollicitudo et diligentia abundantiam parit, sive in bonis externis, sive in bonis animæ et sapientiæ. Sed preceps*, qui intelligentia caret, *ad defectum* etiam, tantum abest ut lucretur aliquid, ut etiam jacturam faciat eorum que habet. Sensus hujus secundæ clausule non est alienus ab eo quod lectum est cap. 20: *Hæreditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit.* Et ut ad opes acquirendas referri possunt *solicitus et festinus*, ita quoque ad sapientiam, in qua sollicitudo et diligentia laudatur, juxta parabolam evangelicam, Matth. 15, *de homine quærente bonis margaritis*, et invenit unâ pretiosâ, dedit omnia, et comparavit eam. *Preceps et festinus* est qui nec ætate nec prudentiâ maturus docere festinat antequam discat, qui ad seculi magistratus vel gradus et dignitates ecclesiasticas properat, quas pro dignitate obire nequit, non ad honorem, quem assequuntur ii qui *cum sollicitudine*, ut inquit Paulus, Rom. 12, *presunt*, sed *ad defectum* non solum honoris, quod premium virtutis est apud homines, perveniunt, sed *defectum* quoque gratiæ et meritum, quæ Deus largitur his qui laborant in vineâ Domini, his verò qui cum sollicitudine negotiantur in pecuniâ

Domini, dicentes: *Ecce una tua decem mnas acquisivisti*, respondebitur: *Et tu esto super decem civitates*, Luc. 19.

VERS. 6, 7, 8. — QUI CONGREGAT THESAUROS LINGUA MENDACI, VANUS ET EXCORS EST, ET IMPINGETUR AD LAQUEOS MORTIS (1). Septuaginta secutus est D. Hieronymus, qui sic habent:  $\delta$  *θησαυρος γλωσσικων ψευδων φειδελ, ψαυρος εδωκα επι ταυτους θανατου.* Hebr.: (Opus (vel congregatio) *thesaurorum linguâ mendacii, vanitas impulsiva quærentium mortem.*) *RAPINA IMPIORUM DETRAHENT EOS* (2), QUIA NOLUERUNT FACERE JUDICIUM. Hebr.: *Rapina impiorum manebit cum illis, quia renuerunt facere judicium.* PERVERSA VIA VIRI ALIENA EST

DEO: QUI AUTEM MUNDUS EST, RECTUM OPUS EJUS (3). Hebr.: *Eversa via viri impij et alieni; mundi autem rectum est opus.* Per honesta studia et legitima, per diligentiam, non per precipitantiam perveniendum est ad incrementum sive opum sive honorum, præsertim non *linguâ mendacii*, hoc est, perferendo falsum testimonium, sive quæcumque fraude: nam tales opes non poterunt servari neque recondi: sunt enim velut res aliqua vana, velut stipula que vento impellitur, in qua nullus est fructus. Qui hoc facit, *vanus et excors* est, vel, ut est in Hebræo, *vanitas projecta quærentium mortem*; hoc est, qui hujusmodi colligit thesauros, ludunt operam, fructum ex illis non referunt: imò qui mendacis quærent dicescere, *mortem sibi quærent*, vel quòd falsus testis legem talionis debeat sustinere, vel quòd hi qui injustè dicescere eternam mortem promerentur. Duo maxima incommoda et mala ex thesauris malè per mendaciam acquisitis: primum, quòd facili evanescent; secundum, quòd mortem afferant. *Thesauri per linguam mendacii collecti* sunt quibusdam ex Hebræis sapientia secularis, que fidei Scripturarum adversatur, et proinde multa mentitur. Nos verò non solum philosophorum mendacia, sed et hæreticorum technas per hujusmodi thesauros intelligimus, quibus sibi majorem in modum

(1) *Qui colligit thesauros per linguam mendaciam, sive falsum, scilicet audiendo, fallendo, calumniando, falso testimonio in judicis, vel dolo in contractibus cum proximo.* Opus hic ponitur pro *collectione*, et hæc, pro *collectis*; vel *opus*, pro ipsâ substantiâ, etc., ut *opus idolorum pro idolis*, Isa. 41, 24. *Vanitas expulsa, vel impulsiva sub. est* (id est, ut res inanis, palea vel pluma, que vento propellitur hinc illic: non vanitas nude, sed *propulsa*, instar fami diffusa qui dissipata: vide Psal. 1, 4, et 68, 5. Alii: Est *vanitas* et res que *propulsatur*, est quasi *vapor diffusus*,  $\nabla$  idem hic ac *vapor* quærentium (intelligi opes) *mortem*. Sensus: Opes malis artibus parit et cito dilabuntur, et exitium conciliant dominis earum, quorum vite ob illas multi insidiantur; et mortem eternam illis afferunt. *Quærentium*, etc., eventualiter, non intentionalter. *Quærent malum* alienius est operam dare ut illi necess: Psal. 71, 45, 24, Prov. 11, 27, etc. Ex Mariana, Gejoro, Mevero et Junio.

(2) *Vir Diripit, rapina impiorum perdit eos*; id est, Deus convertit impiorum rapinam in eorum perniciem, quia noluerunt facere judicium, id est, justitiam servare. (Maldenatus.)

(3) *Perversus via est homo peccati*, hoc est, improbus, sceleratus: at qui perns et mundus est corde, *rectus est in operibus suis.* (Lud. Cappellus.)

placent, et in scientiâ divites esse videntur, cum reverè pauperes sint, ut qui se divites et doctos in erroribus existimant. *Rapina impiorum munet eos.* Alii: *Rapinam impiorum adducet Dominus super eos.* De opibus per fraudem et mendaciam collectis dictum est; nunc de illis que vi et rapinâ acquiruntur, ab his videlicet qui *judicium et æquitatem facere recusant.* Hebr.: *judicium, morem, consuetudinem* nonnunquam significat; ut sit sensus: *Qui, consuetâ vivendi normâ relicta, rapinis et oppressionibus vivere maluit, aliquando penas luent à Domino, qui reduct rapinas in eos.* Alii sic exponunt: *Rapina eorum conterat eos.* Meliùs: *Rapina eorum habitabit, vel peregrinabitur, cum illis*, juxta illud, Apoc. 14: *Opera sequuntur eos*; ut respondeat ad superiorem clausulam, q. d.: *Malè acquisitæ opes non manebunt, sed rapina manebit ad judicium veniet: quia noluerunt facere judicium, ad judicium adducentur.* *Perversa est via viri, et aliena.* Interpres supplèvit, à Deo. Alii subaudiunt ad hunc modum: *Perversa est via viri impij, et aliâ viri, supple à Deo.* Tertiâ expositio est hujusmodi: *Perversi hominis via, aliquando est viri, aliquando est aliena ab homine*; q. d.: *Vir perversus est sibi ipsi dissimilis, juxta illud: Vir duplex animo est inconstans in omnibus viis suis, Jac. 1; sed viri mundi opus est rectum, non inversum.* Ambiguitas Hebræi sermonis parit hæc ambiguitatem et multitudinem sensuum, quorum postremus optimus est.

VERS. 9. — MELIUS EST SEDERE IN ANGULO DOMATIS, QUAM CUM MULIERE LITIGIOSA, ET IN DOMO COMMUNI (4). Sic interpres. Hebr.: *Melius est habitare super angulum tecti, quam cum muliere litigiosa in domo societatis.* Sensus hujus versiculi non est multum diversus ab eo quod scriptum est, cap. 19: *Tecta jugiter pestilantia, litigiosa mulier.* Nam utroque loco docet Sapiens, in familiâ nullam majus incommodum esse posse quam uxorem parùm morigeram habere. *Super angulum tecti, sive pinnaculum, nihil aliud est quam sub dio*; et erit sensus: *Satius est carere uxore et tecto, quam capaces habere aedes, que nobis et aliis sufficiunt, cum uxore rixosâ.* Interim instruit filium Sapiens non ducendam uxorem malam, etiamsi eam sibi habiturus quamlibet pulchras aedes et fundos. Juxta sensum mysticum, *mulier litigiosa* est Ecclesia malignantium sive hæreticorum, quæ contentiosem et rixuram nullum modum neque finem facit; cum quâ eisdem habitare mansionibus atque domatibus nullo modo debemus, sed potius, *tanquam passer solitarius, in tecto.* Super tectum manere est carnem domare, inquit Augustinus. Omnia potius relinquenda docet quam cum tali muliere consentiendum.

VERS. 10. — ANIMA IMPII DESIDERAT MALUM, NON MISEREBITUR PROXIMO SUO (2). Alter: *Non erit gratus in occu-*

(1) *Melius est sedere in angulo domatibus, tecti sub dio: in domo communi*: sub tecto cum aliis. Melius est pluviam irruentem pati, quam rixosâ mulieris contumelias, et hæc conviviorum gradinem. Supra, 19, 15, infra, 19. (Bossuet.)

(2) *Impius in malum et ad malè agendum totus inclinat*; gaudet de malo proximi sui, nec parcat vel

lis ejus amicus illius; vel: Non inveniet gratiam in oculis illius amicus ejus. **W23** forè pro animâ sensitivâ capitur et concupiscentiâ, quæ in bonis magnâ ex parte sopita est, in malis hominibus vehementer viget, et ad malum continuè instigat et impellit. Sic enim interpretatur, desiderat malum, studet malum facere. Et cum beneficiis non malicis conciliatur amici, mirum esse non debet si parùm gratias habeatur aut aptus ad amicitiam qui malum facere gaudet. Nam qui totus suam libidinem sequitur, qui malum quod anima illius concupiscit perficere mavult, quam amico obtemperare, quàm consilium bonum audire, gratiam in oculis alterius non inveniet, vel gratiam non inibit. Amicus verò ille apud quem gratiam iurare debet, est ille qui ad sibi dixit: Vos amici mei estis si feceritis quæ precepi vobis, Joan. 15. Huic amico placere non potest anima desiderans malum, sed quæ dicit ad sponsum: In nocte quaeristi quem diligit anima mea, Cant. 5.

**VERB. 11.**—MULTATO PESTILENTESAPIENTIOR ERIT PARVULUS; ET SI SECTETUR SAPIENTEM, SUMET SCIENTIAM (1). Hebr.: *Dum punitur derisor, sapientiam capit imperitus; et cum dederit intelligentiam sapienti, accipiet scientiam.* Sunt qui castigatione indigent, et sunt quibus aliorum exempla sufficiunt quò à malis cohibeantur. Similiter ad virtutis studium sunt qui preceptoribus egent, et sicut qui suapte ingenio aliorum facile sequuntur exempla. Derisor, quem Hieronymus, Septuaginta secutus, veritè pestilentem, is est qui leges, sen Dei, seu civiles, deridet et contemnit, et omnia sibi licere putat. Hunc castigare oportet, non suâ solùm causâ, sed etiam imperitorum, qui malo exemplo ad malum facile declinant: cæterum cum viderint derisores, qui summâ licentiâ peccare solebant, pœnas dare, à malefaciendo discent abstinere; quæ celestis philosophia prima pars est: Declina à malo. Quàm sit in republicâ necessarium malos subinde dare pœnas, hinc videre licet. Gentilis populus vehementer imperitus et simplex, qui dicit lapidi: Pater meus es, Jer. 2, sapere incœpit egregiè postquam viderit pestilentem Iudeos et derisores Domini Servatoris meritas dare pœnas; et cum ab Apostolis intellectum sive prudentiam accepisset, cognoscendi Deum videlicet, in Scripturarum scientiâ vehementer profecit et doctus evasit. Quod ad contextum spectat, potest esse duplex sensus: Cum quis intelligentiam dederit sapienti, scientiam etiam accipiet; vel: Cum uni ex sapientibus dederis intelligentiam, alius illius exemplo etiam scientiam accipiet. Prior intelligentia est melior. Sunt qui sequuntur aliam huius verbi **עָבַר** significationem, nempe prosperè agere; et erit sensus versiculi, imperitos sapere, ut dictum

amico, quem nihil magis colet, quam exterum. Hebraeus: Non gratias erit in oculis ejus amicus ejus. Peculiarî amore illum non prosequetur, neque ullam illius rationem habebit. Deest impio amor, amicitia, miseratio. Septuaginta planè aliter interpretantur: Anima impii desiderat malum: nemo ejus miserebitur. (Galnet.)

(1) Exponatur supra, cap. 19, in fine. Et si sectetur, scilicet parvulus sensu alterius penâ terribis, sumet scientiam, id est, boni notitiam, quia principium sapientiæ est timor. (Lyranus.)

est, cum per iudices derisorem pœnas dare vident; sapientes verò, cum omnia ex animi sententiâ contingere vident sibi, discunt scientiam; hoc est, dei benignitatem agnoscunt, scientes se de manu Dei omnia sive bona sive mala, hoc est, prospera vel adversa suscipere.

**VERB. 12.**—EXCOCITAT JUSTUS DE DOMO IMPII, UT DETRAHAT IMPIOS A MALO. Hebr.: *Diligenter considerat justus de domo et familiâ impij, pervertit impij ad malum.* Sensus hujus non est alienus à superioribus, videlicet, supplicia malorum multum professe bonis, et esse hanc maximam causam quòd Deus in hæc vitâ nonnunquam subvertit familias impiorum, ut non relinquat, juxta phrasin Scripture, iniquitatem ad parietem. Ad sensum integrum contextus quadam suppleta sunt ad huncmodum: Considerat (vel perpendit) justus cum summâ diligentia. Ad verbum: Facit intelligere cor suum (supple quid venturum sit) domui et familiæ, hoc est, liberis, impij; et cum diligenter consideravit, intelligit quòd Dominum subvertit impij ad malum ipsorum, propterea quòd pœnis levioribus non corriguntur. Et hic sensus pendet ab eo quòd præcessit: Cum punitur derisor, sapientiam capit imperitus et simplex; verum impius non capit utilitatem aliquam vel ex suâ vel ex alienâ castigatione; et proinde tandem post leviorè penam, familiam illius penitus subvertet Dominus in malum et ignominiam illius. Quod cum aliis tum Pharaoni usi venisse legitur. Justi enim hujusmodi mala longè ante prævident per sapientiam; ut non sit minima sapientis laus, mala ventura priùs intelligere quàm veniant. Aliter: Justus qui intelligit (vel intellectum præbet) ad domum impij, quasi ei placerent quæ aguntur in domo impij, hic justus subvertit impij ad malum, hoc est, corroborat impij ut malum faciat. Prior expositio est melior.

**VERB. 15.**—QUI OBTURAT AUREM SUAM A CLAMORE PAUPERIS, ETIAM IPSE CLAMABIT, ET NON EXAUDIETUR (1).

(1) Hebr.: Et non responderet ei; Septuag.: Qui obturat aures suas ne exaudiat in firmam, et ipse invocabit; et non erit qui exaudiat. Obturare aures suam, inquit Janenius, metaphorice positum est pro nolle audire, et se gerere quasi non audiat allicujus clamorem, imò declarare sibi aliorum clamorem esse molestum. Et bene non dicit ad præsen, sed ad clamorem, ut quorundam incontentiam designet, qui non solum precibus egnorum non excitantur, sed nec clamoribus superantur ad audiendum. Proinde justè talibus duplex malum eventurum subjungitur: Primum, quia etiam talis clamabit, quò significatur ipsum in gravem aliquam calamitatem casurum, quæ ipsum clamare præ angustia compellet. Secundum, quia etiam cum clamabit, et summis precibus contendet impetrare liberationem et subsidium, non exaudietur juxta illud Psalmi: Clamaverunt, nec erit qui salvos faceret; ad Dominum, nec exaudiet eos.

Ratio hujus sententiæ est lex talionis sancita à Deo et à Christo, Luc. 6: Eadem quippe mensura, quæ mens fueritis, remetietur vobis, tum ab hominibus, tum propter à Deo, qui sicut in misericordibus misericors, sic in duos durus est, præsertim quia ipse est pauperum pater, ac beneficentiam vel dritum erga eos sibi arrogat; unde eos contra divites avorsos ad se clamantes exaudit. Rursùm dicitur, qui Deum in pauperem, et ex pauperem ad se clamantem non audit, is sanedignus est, ut vicissim clamans ad Deum ab eo non audiat. Uuldo Chald. vertit: Vocabit quoque Deum, et non exaudietur;

Ingens laus munificentie in pauperes et eos qui angustiis premuntur, ut puta quorum causam Deus suam æstimat, et benevolens se præbet his qui pauperes amplectuntur, rigidum verò et implacibilem his qui necessitatibus pauperum non succurrunt. Et secundum Hebræos habet duplicem sensum, qui obturat aures suam: 1<sup>o</sup> qui audire non vult, sed se surdastrum efficit, obturat aures à clamore pauperis, ne eum audiat; 2<sup>o</sup> qui nullis precibus neque clamoribus superatur, cum tamen aures plenas et obturatas quodammodo clamoribus habet, et nihilominus sustinet, neque ad optulandum præporet: Hi clamabunt, et Dominus non exaudiet illos. O benignum et elementissimam dispensationem Dei optum! maximi, qui in re tam facili remissionem peccatorum dignatus est constituere! nempe in pecuniâ aut minimo subsidio quòd pauperibus largimur; tantam præterea curam erga pauperes et afflictos gerit, ut in eorum subsidio divitum salutem reponat. Ad illius clamorem qui dicit in Ps. 88: Ego sum pauper et dolens, aures clausurunt Scribæ et Pharisei; et propterea clamabant aliquando unâ cum aliis qui tui-

et S. Cyprian. de Opere et Eleemos.: Et ipse invocabit Deum, et non erit qui exaudiat; et Syrus: Deum invocabit, et non respondebit. Exemplum est in divite Epulone qui clamantem Lazarum non audiens, in gehennâ pro refrigerio clamans ad Abraham, ab eo non est exauditus. Justè guttam aque petit nec impetravit, qui micam panis Lazaro negavit. Desiderat guttam, qui negaverat micam. O dnos quâ fronte petis guttam, qui nobilitati porrigere micam? ait S. Aug. serm. 257 de Temp. Unde idem S. Aug. hom. 25 de Verbis Domini secundum Lucam, agens de divite et Lazaro: Pensatur, ait, pro divitis pœna, refrigerium pro pauperitate, pro purpurâ flamma, refectio pro indiguitate, et salva sit æquitas statere; et non incutitur modus illius mensuræ. In quâ, ait, mensi fueritis mensura, et ita metietur vobis: idèo negatur in pœnis misericordia diviti, quia ipse, dum viveret, noluit miscereri; idèo rogans dives non exauditur in tormentis, quia rogantem pauperem non exaudivit in terris. Dives et pauper duo sibi sunt contraria; sed iterum et duo sibi sunt necessaria. Nullus indigeret, si invicem se supportarent; et nemo laboraret, si se ambo cjuarent. Dives propter pauperem factus est, et pauper propter divitem. Pauperis est orare, et divitis erogare: Dei est pro parvis magna pensare. De misericordia ejus parvâ, magna nascitur copia. Fœcundus est ager pauperum, citò reddit dominantibus fructum. Via cœli est pauper, per quam veniatur ad Patrem. Incipe ergo erogare, si non vis errare: patrimonio tui, quo es ligatus, compedem in hæc vitâ resolve, ut liberè ad cœlum possis accedere.

Deiuræ hinc grones similis est illa Philonis apud Maxim. serm. 7: Talem te servis et miseris præsta, et qualem Deum in te esse velles: ut enim audimus, sic sie à Deo audiemur; atque ut intuemur alios, sic Deus nos intuebitur; offeramus ergo misericordie et misericordiam, ut simili simile consequamur. Et illa Sixti Pythagoræ sententia 208: Orationem Deus non exaudiri hominis, qui seipsum non exaudit. Exstant tom. 3 Biblioth. SS. Patrum, hujus Sixti sententiæ sapientes, et peùe christianæ; et illa S. Greg. Nazianz. in carn.

Pauper accessit, et nihil consecutus abiit. Metuo, Christe, ne et ego manu tuâ excidam: Nam quod quis non dedit, accipere etiam non speret. Hæc sciens Tobias ita moriturus mandat filio suo, cap. 4, 7: Ex substantiâ tuâ fac elemosinam, et noli merere faciem tuam ab illo paupere: ita enim fiet, ut nec avertatur à te facies Domini. (Corn. à Lap.)

sericordiam minime fecerunt: Domine, quando te vidimus esurientem, et non pavimus te? etc., Math. 25.

**VERB. 14.**—MUNUS ASCONDIUM EXSTINGUIT IRAS, ET BONDUM SINE INDIGNATIONEM MAXIMAM. Hebr.: *Munus in abscondito teget iram, et munus in visu furorem robustum.* Est sensus geminatus variis verbis, et pendet ex præcedente versiculo, de misericordiâ in pauperes, quæ si fiat juxta præscriptum Evangelij, Math. 6, nempe: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, et in occulto, non ad ostentationem, non ad vanam gloriam, sed coram eo qui videt in occulto, iram exstinguet judicis, sive sedabit, et mutabit sententiam illam ple-nam ire et furoris in illam clementissimam: Venit, benedicti Patris mei, possidete, etc., Math. 25. Aliter, de quocumque judicè intelligi potest numeribus corrupto et datis secretò. Nam palam nullus, ne corruptissimus quidem, don admittere sustinet. Et erit sensus: Munus absconditum, hoc est, acceptum à iudice, in occulto receptum, exstinguit iram, hoc est, severitatem sententiæ quam contra reum proferre oportuerat. Sicut qui volunt secundam versiculi partem per similitudinem confirmare primam: Donum secretò datum pauperibus sedabit iram Dei, sicut munus, positum in visu judicis, furorem et indignationem legum quamlibet magnam et vehementem exstinguere solet.

**VERB. 15.**—CAUDUM JUSTI FACIES JUDICUM, ET FAVOR OPERANTIBUS INIQUITATEM. Aliter: Contritio operantibus iniquitatem. Respondet præcedenti versiculo duntaxat juxta posteriorem expositionem, quò dictum est de his qui accipiunt munera et pervertunt judicium, Illi quidam judices mali, acceptis donis et numeribus, quò judicium pervertant, detestant bonis exterius, sed bonis anime et conscientia conteruntur, patiuntur damnum; verum loco pecunie sine donorum est justo judicè, qui corrupti non potest, letitia et gaudium spiritus à Deo. In genere dictum intelligi potest de quocumque justo, qui gaudium habet et letitiam, non in luxu et libidine, non in divitiis aut deliciis hujus vitæ, sed facere judicium, facere quòd lex Dei præcepit: ut per judicium intelligamus reliquas partes legis divine, nempe moralia et ceremonialia.

In his sese oblectat justus, vel letitia est justo videtur alios facere judicium: q. d. Mali et corrupti judices, acceptis numeribus, malis placent corrumpeudo judicium; sed boni judices, dum judicium faciunt, placent bonis et justis hominibus, dum judicium faciunt, placent bonis et justis hominibus, qui letantur dum judicium fieri vident, et dolore afficiuntur cum iniquitatem fieri intelligunt. Mihi maxime placet ut ad gaudium conscientie referatur sensus, et ad mercedem elemosynæ, quæ præterquam quòd placet iram et exstinguit furorem judicis, offert præterea miram conscientie letitiam, et pacem quæ superat omnem sensum, Phil. 4. Ceterum hoc qui factum iniquitatem, nec elemosynis redimant peccata, manet non solum ira judicis et fortis furor, sed etiam contritio et pavor conscientie, juxta illud, Isai. 66: Veritas eorum non moritur.

**VERB. 16.**—VIR QUI ERABAVIT IN VIA DOCTRINE, IN COETU GIANTUM COMMORABITUR. Hebr.: *Homio qui errat à viâ intellectus, in cœtu mortuorum requiescet. Via*

intellectus est sapientiae via et legis divinae, quae rationi et intelligentiae quadrat, vel potius quae perficit intellectum humanum. Nam nulla via, hoc est, doctrina, humanitas tradita, perficit intellectum humanum, neque angelicum; sola illa quae est de Deo summo bono, cujus cum intellectus humanus sit capax, ut qui solus intellectum replet et saturat, idcirco via et scientia de Deo via intellectus dicitur. Vel via intellectus est vita homine rationali et creatura intellectuali digna, ut distinguatur contra viam brutorum, viam carnis, viam mundi, qui in maligno positus est, 1 Joan. 5. Quicumque igitur erraverit ab alterutra istarum viarum, non cum hominibus, sed cum gigantibus habitabit, vel cum mortuis erit quies ejus, et non erit particeps laetitiae, quae est justorum, sed contritionis et pavoris coram qui operantur iniquitates; nihil enim horribilius quam cum mortuis manere. Haec clausula minatur supplicium aeternae mortis his qui operantur iniquitatem, quae illos manet ultra contritionem et timorem conscientiae.

VERS. 17. — QUI DILIGIT EPULAS, IN EGESTATE ERIT; ET QUI AMAT VINUM ET PINGUIA, NON DITABITUR. Hebr.: Vir egenus (vel egestatis) diligit laetitiam, vinum et oleum, non erit dives. Pro laetitia habemus epulas in versione D. Hieronymi; in Septuaginta, gaudium. Et pro una clausula in Hebraeo reddidit duas interpres noster; quamvis pro ambiguitate sermonis Hebraici potest distingui ut habet Hieronymus. Mihi magis aridet lectio illa quae unica clausula absolvit sensum, ad hunc modum: Vir egestatis qui amat laetitiam, qui amat vinum et oleum, non ditabitur. Per laetitiam temporis jacturam intelligimus, et occupationes quae ad voluptatem, non ad utilitatem faciunt; per vinum et oleum convivia et comotationes, quibus qui vacant, non solum nihil lucratur, sed plurima insumunt; pauperes enim sunt qui vel tempus male collocant, joci et rebus laetis sese oblectantes, et qui epulis et conviviis gaudent. Quod si per duas clausulas cum Hieronymo legamus, erit prior: Qui non vacant honestis artibus, sed nugis amoenis, in egestate vivunt, cum nihil lucrentur; qui vero conviviis et comotationibus indulgent, divites esse non possunt, cum plurima insumant. Utriusque alieni à sapientia, quae laetitiam habet, sed in judicio faciendo, ut dictum est; et vinum amant, sed illud quod laetificat cor hominis, et oleum laetiae quo unctus est spiritus praeparat participibus suis, Psal. 45. Sub specie rerum terrenarum coelestes obumbrat Sapiens, insinuans illum non posse divitias assequi (de quibus Christus Dominus in Evangelio, Matth. 6: *Thesaurizate vobis thesauros in celo*; et S. Paulus, 1 Tim. 6: *Bene agere, divites fieri in bonis operibus*), qui voluptatibus indulget, qui vino inebriatur, et oleum amat quo corpus ungitur magis quam illud quo saginatur animus et idoneus redditur ad luctandum contra carnem et mundum et principes ac potestates ejusdem.

VERS. 18. — PRO JUSTO DABITUR IMPUS, ET PRO RECTO INOCUS. Hebr.: Pro redemptione justus dabitur impius. Apud Hebraeos duplicem hujus expositionem lego: 1. Justus liberabitur à malis quae contingunt hominibus,

et impius poenas luet; 2. ex aequitate justitia omnibus hominibus quamlibet justis debetur poena aliqua; nam non est justus super terram qui non peccat; sed poena illa remittitur justo, et iniquis majores luet poenas, vel quod justo delinquendi fuerit occasio, vel quod exemplum bonum justorum non sit secutus. Alii ferè eadem, sed manifestius: Si quando irruat aliquod magnum malum super provinciam aliquam aut urbem, quod videatur omnibus imminere, tunc justus supplicio malorum redimetur quodammodo; erit enim impius pretium et redemptio, ut puta quo punito cessabit ira Dei. Bona bene exponit juxta versionem quam habemus: Impius et persecutor dabitur ad supplicium, scilicet pro martyre; q. d.: Justus passus est temporaliter solum, et sic evasit aeternum supplicium, cui traditur impius pro eo. Alioqui, ut diximus, pro justo traditur, cum exemplum fidei et probitatis non accipit à justo. Sensus est idem utriusque clausulae.

VERS. 19. — MELIUS EST HABITARE IN TERRA DESERTA, QUAM CUM MULIERE RILOSA ET IRACUNDA. Superius idem ferè, sed alià comparatione docuit, nimirum: quamlibet magna sustinenda incommoda, vel molestissimam vivendi rationem subeundam potius, quam cum muliere parum morigerà vel iracunda et litigiosa viveendum. Sunt qui exponunt IRACUNDA provocans ad iram, scilicet per adulterium. Magnae laudis apud antiquos patres aestimabatur numerosam procreare prolem, et maledictus sterilis in Israel; tamen judicio Sapientis satius est in deserto manere, absque liberis, procul ab amicis, procul ab omni voluptate, ab omni laetitia, quam cum uxore iracunda et litigiosa habitare. Sensus proverbii est, mores esse spectandos in uxore eligendos magis quam opes.

VERS. 20. — THESAURUS DESIDERABILIS ET OLEUM IN HABITACULO JUSTI; ET IMPRUDENS HOMO DISSIPAT ILLUD; VEL DECORABIT ILLUM. Thesaurus, ut inquit Ezra, nomen generale est comprehendens omnia quaecumque reconduntur, etiam quae ad cibum spectant, inter quae oleum vel primum locum obtinet, eo quod in divinis sacrificiis sit major usus illius. Exponit quod superius dictum est: Qui amat vinum et oleum; non quod hoc res male sint, vel quasi esset alienum à sapientia horum habere curam; imò ista servare et recondere sapientis solent potius quam alios thesauros argenti vel auri; his enim necessitati pauperum succurrere possunt. Ceterum qui stultus est et sapientia caret, statim devorat quicquid colligitur annonae, ut nec sibi, nec suis possit opitulari in tempore famis. Quod oleo potius quam aliorum fructuum mentionem facit, subtilem admodum rationem reddit quidam ex Rabbis, nempe, sapientis est charius habere reconditum oleum quod è dantur in lubricatione dum sapientiae dant operam. Unde rogatus quidam quamobrem plus saperet quam vicini et socii: Quod ex oleo, inquit, plus lucraturis quam vicini mei ex vino. Potest denique prima clausula sic verbi: Thesaurus est oleum, vel pinguedo, id est, thesaurus pinguis et copiosus. Quod ad sensum spectat sublimiorem, oleum est charitas quae fulget Ecclesiae sanctorum, thesaurus amabilis videlicet et à sapien-

tibus maximo opere recondendus: quem stulti homines et hujus seculi sapientes minimè omnium curant, lucrum hujus mundi charitati preponentes, et eam ante omnia decorantes.

VERS. 21. QUI SEQUITUR JUSTITIAM ET MISERICORDIAM, INVENIET VITAM, ET JUSTITIAM ET GLORIAM. In Hebraeo persequitur; quod in bonam partem etiam alibi accipitur, et festinationem quandam et studium significat; q. d.: Qui summo studio quaerit justitiam facere, perinde se habet ac si persequeretur vel insequeretur eam. Inveniet vitam (hoc est, diu vivet), justitiam et honorem. Cum justitiam fecerit, justitiam à Domino recipiet; quam saepe pro misericordia et elemosyna capi diximus. Misericordiam etiam significat, ut omnem penitentis misericordiam intelligamus faciendam, nempe erga eos qui merentur et erga eos qui non merentur; Dei bonitatem imitandam, qui solem suum facit oriri super bonos et malos, et pluit super justos et injustos; ut דַּקְרָא justitia ad opera misericordiae referatur, דַּקְרָא verò ad remissionem offensarum. Qui verò hanc insequitur justitiam et misericordiam, thesaurum amabilem recondit et annonam quovis vel oleo vel vino diuturniorem, nempe vitam, justitiam et gloriam, virtutum praemia. Mensuram enim conferam et coagitatam reddent in sinum vestrum, inquit Christus in Evangelio, Luc. 6.

VERS. 22. — CIVITATEM FORTIUM ASCENDIT SAPIENS, DEXTRITIQUE ROBOR FIDUCIAE EJUS. In Hebraeo, pro, destruxit, detrahet, sive descendere faciet. Laudem sapientiae in omnibus rebus prosequitur Sapiens, non in re domestica solum et in recondendis necessariis rebus pro familia, sed etiam in re bellica. Plus valet sapientia quam robur. Nam sapiens unius ascendit civitatem fortiorem plurimorum; q. d.: Multos robustos et validos superabit vel unus sapiens. Et quod copiosus exercitus facere non potest, aliquando faciet sapiens, nempe ascendit civitatem, hoc est, expugnabit et vi capiet, vel potius civitatis dominium obtinebit et viros bellatores gubernabit; et ut ad compendium rem contrahamus, sapientia plus potest quam fortitudo in re bellica, non solum in tranquillo republicae statu; quod diu deliberatum fuisse inter mortales scribit Sallustius. Per fortitudinem vel robur fiducia viros civitatis intelligit, aut etiam quemcumque belli apparatus et machinas; quae omnia nonnumquam cassa et vana redduntur prudentia sapientis. Sed ut hoc in bello et expugnatione urbium aliquando usu venit, ita ille fortis armatus qui custodit arium, Luc. 11, sapientia Dei et gratia Christi semper expugnatur; diripiuntur vasa et arma in quibus fiducia habet, dum caro castigatur et cruciatur mundus.

VERS. 23. — QUI CUSTODIT OS SUUM ET LINGUAM SUAM, CUSTODIT AB ANGSTIIS ANIMAM SUAM. Servare os et linguam possunt ad idem referri, nempe ad loquelam et sermonem, ex quo multa incommoda et angustiae proveniunt, ut inquit Jacobus, c. 3. Lingua typhis est, universitas iniquitatis. Possunt os et lingua ad diversa referri, nempe os, ad temperantiam sive continentiam victus; ex crapula enim plurima proveniunt

mala, comessiones et ebrietates, lites nonnumquam et jurgia, quibus anima vehementer afflicta, ad angustias et inopiam consilii preponentes, et eam contentia virtus sequitur, puritas animae; ex puritate animae, pax et tranquillitas conscientiae. Beati mundo corde, quoniam ipsi videbunt Deum, Matth. 5. Custodia linguae et oris juxta sensum mysticum potest referri ad confessionem fidei, et confessionem peccatorum, Dei laudem, proximi adificationem. Lingua enim et ore plurima praestamus officia ad nostram et aliorum salutem spectantia. Juxta priorem expositionem, animam, pro vita acceptam intelligimus; juxta secundam verò pro conscientia et interno affectu, qui per peccata oris et linguae ad miras angustias redigitur.

VERS. 24. — SUPERBUS ET ARROGANS VOCATUR INDOCTUS, QUI IN IRA OPERATUR SUPERBIAM. Hebr.: Derisor nomen ejus sciens in ira superbum. Septuaginta sic: Θεραπειά και αδόξως και ἀκαθάρτων λογισμῶν καλῶν. Indoctus, apud D. Hieronymum, pestilentia vocatur apud Septuaginta. Salomon, ad iustarum hortulani, nunc virtutum plantat praeccepta, nunc vita sapientiae contraria evellit. Linguam et os servare nec aperire, nisi cum opportunitate et utile fuerit, magna pars sapientiae est; ad quas verò angustias redigit suam animam qui per superbiam, arrogantiam vel petulantiam os aperit et solvit linguam, praesens versiculum ostendit; incidit enim in multa vitia, nempe superbiam, arrogantiam, derisionem, quod ad sermonem spectat; quod verò ad opera, furorem superbiae, hoc est, iram et superbiam; ut jam nihil sit integrum in homine qui linguam non servat; talis enim vocatur superbus, arrogans, petulans et derisor. Hebraei sic exponunt versiculum: Homo superbus et arrogans vocari potest derisor qui facit opera sua in ira superbiae; vel sic: Superbus, arrogans et derisor est nomen ejus qui facit opera sua in furore et superbia. Et sensus erit: Qui omnia agit per furorem et superbiam, cum videatur honorem querere et famam maxime, famam et celebratorem nominis non assequatur, imò ignominiosus nomenclaturus erit insignitus, suis coloribus pictus, nominis famam amittet; q. d.: Qui vult bonum nomen habere, à superbia et arrogantia inprimis declinare debet, et à jactantia linguam et os, ut dictum est, moderari ac refrenare; nam omnia qui se exaltat, humiliabitur.

VERS. 25, 26. — DESIDERIA OCCIDENT FIGURUM (1); NOLUERUNT ENIM QUICQUAM MANUS EJUS OPERARI. (Hebr.: Desiderium pigri interfecit eum, quia remuerit manus ejus operari.) TOTA DIE CONCUSPISCIT ET DESIDERAT; QUI AUTEM JUSTUS EST, TRIBUIT, ET NON CESSAT. Hebr.: Tota die concupiscenciam concupiscit; sed justus dedit, et non prohibebit. Reddit ad id quod superius dixit: Qui persequitur justitiam et misericordiam, inveniet vitam; quod in hoc loco habemus: Desiderium pigri interfecit

(1) Id est, valde torquent, cruciant et conficiunt. Cum nempe perpetuo inhiat opibus et deliciis, sed otio et desidia torpens, morietur priusquam eas assequatur: interim videt strenuos et sedulos omnibus abundare, et de suo etiam aliis liberaliter et indesinenter tribuere. (Tirinus.)

eam. Desiderium quod habet sive in voluptatibus sive quibuscumque vanis hujus mundi rebus, interficiet eum, vel vehementer torquet eum, ut mori videatur, cum loquatur modum, quo dicitur *evacatos nos esse cum magis aliquo malo torquemur*. Vel revera in suo desiderio morietur, neque compos erit aliquando rei quam desiderat. Nam *revertunt manus ejus facere, scilicet quietam*. Vel concupiscere non debuit piger, vel sedulo laborare et dare operam quò possit suum complere desiderium. *Toto die desideravi desiderium, q. d.*: Piger nec sibi, nec aliis prodest, imò sibi maxime nocet, tota die videlicet otiosus variis desideriis sospans intorquet; qui verò sedulo operatur et honesto labori intendunt, vanis desideriis non laborant. Indicat Sapiens ex pigritia et nasci desideria inutilia et nutiri, et tamen pigrum non posse remedium suis adhibere desideriis. *Iustus vero tribuit*. Qui toto studio perscrupitur iustitiam, non solum sibi sufficit, sed etiam aliis, non solum suo desiderio, sed alieno satisfaciunt. *Dispersit, dedit pauperibus; iustitia ejus manet in seculum*, et tamen non prohibebit desiderium suum. *Pigrum opponit iusto*. Et proverbium ostendit, sapientis esse nec carere divitiis, nec avarè retinere, sed distribuere collectas.

VERS. 27. — HOSTILE IMPIORUM ABOMINABILES, QUÆ OFFERUNT EX SCLEHERE. Hebr.: *Sacrificium impiorum abominatio; quanto magis si mala mente (vel cogitatione) obtulerit illud?* Proverbium ostendit, Deum non numeris corrumpi, ut solent aliquando terreni iudices, de quibus superius. Deus exsecrat impiorum sacrificia quæ videntur in illius laudem oblata, etiam juxta morem quo debeant fieri, et juxta ritum quo boni sacrificant. Non agnoscit Dominus externas ceremonias absque interno affectu, in his qui offerunt *scelerato animo*. Ceterùm si ex scelere vel *rapina* fuerit oblatio, *multo magis erit abominabilis*, ut puta duplici scelere contaminata, et impietate hominis et rapina. *Si nolam cogitationem* vertamus, ad hunc modum exponi potest versiculus: *Si mala cogitatione*, hoc est, concupiscentia, ut prosperum successum in improbitate sua habeat, vel quacumque alia intentione impia, maxime *exsecrabilis* erit ejus oblatio; quod infideles solent facere, nempe vivere et offerre demonibus, quò licentibus in sceleribus vivant, ut Balaam et Balac volentes populo Dei maledicere, Num. 25. Quadrat proverbium in eos qui cum sint scelere aliquo obnoxii, cujus poenitentia non ducuntur, nihilominus putant per alia pietatis opera se posse iram Dei placare: hanc impiam et scelestam de Deo cogitationem concipientes, quasi percontandi licentiam concederet alieni ea lege ut reliqua precepta studiosius observarent, contra illud Jacobi 2: *Qui offendit in uno, factus est omnium reus*.

VERS. 28. — TESTIS MENDAX PERIBIT, VIR OBIEDIENS LOQUETUR VICTORIAM. Hebr.: *Testis mendax (vel mendacii) peribit; et vir audiens perpetuo loquetur*. Ambigua vox est *peribit*: aliquando significat *victoriam*, aliquando *perpetuitatem* sive *eternum*, aut denique *robur et fortitudinem*. Contra falsos testes etiam profana lege

sancitur jus talionis. Dignum est enim ut pereant qui alios voluerunt perdere; *peribitque* humano jure fraude illorum deprehensa, et veritate comperita. Aliter, Deo iudice *peribit*, quem nulla late veritas; vel, *peribit*, et non testificabitur amplius; q. d.: *peribit ab illo manere*. Verùm vir qui non testificabit nisi quod audit, hoc est, veritatem quam audit et novit, *perpetuo loquetur*, et testis manere fungetur perpetuo, vel, *perpetuo loquetur*, hoc est, non peribit; ut loqui pro vitare capiat. Aliter: *Vir audiens legem Dei, et obtemperans illi, in æternum loquetur* verum testimonium; q. d.: Falsi testes morte puniendi sunt, tanquam legis transgressores. Sed de falsis testibus qui non quod audiverunt aut viderunt loquuntur, sed qui sœntia sua et dogmata reprobata pro verbo Dei loquuntur et prædicant, satis superque dictum est superius.

VERS. 29. — VIR IMPIUS PROCAETER OFFERIT VULTUM SUUM; QUI AUTEM RECTUS EST, CORRIGIT VIAM SUAM. Hebr.: *Roboravit vir impius vultum suum, ac rectus vias suas dirigit*, vel, *intelligit vias suas*, ut legunt Septuaginta aliquos sequentes Hebræos, qui hoc in loco legunt *intelligit*, non *dirigit*. A præcedente versiculo pendet sensus, qui est hujusmodi: *Roboravit vir impius (supple verba falsa) vultum suum*, cum impudentià videlicet proferens falsum testimonium, et ipso vultu affirmans falsum; vel *contra vultum ejus*, hoc est, illius qui respondet et contradicit. *Sed iustus et æquus iudex facile intelligit vias et mores illius*. Aliter: *Qui rectus est, et affert verum testimonium, facit iudicis intelligere vias ejus*, satis habens rem exponere niddè, tanquam simplicem veritatem. Potest et melius in genere intelligi, ut sit sensus declarans quam latum fuerit discrimen inter *impium et rectum* sive *iustum*, quorum ille *vultum firmat*, et magnà sive constantià sive impudentià facit malum; hic verò *dirigit vias suas*, ut neque deliciat à recto, nec cum ostentatione quicquam faciat; non enim vultu aut fastu rectitudinem suam præ se fert. Si legatur *intelligit*, erit sensus: *Qui rectus est, satis habet quòd intelligit vias suas, absque eò quòd vultu exteriori ostentat*. Et est proverbium sive sententia digna Sapientie, tam paucis verbis tam profundum sensum cumulans.

VERS. 30, 31. — NON EST SAPIENTIA, NON EST PRUDENTIA, NON EST CONSILIUM CONTRA DOMINUM. EGRES PARATUR AD BIER BELLI; DOMINUS AUTEM SALUTEM TRIBUIT (1), vel, *Dominus est salus*. Post multa de sapientia præclarè et prudenter excogitata, tandem veluti

(1) Non hoc significatur, quòd forte quispiam ex hac sententià concipiat, frustra equum, arma et milites ad diem belli parari; sed tantum doceremur, modo potissimum sit expectanda salus et victoria, nihil à Deo, et Deum propterea esse orandum, ita tamen, ut non contumantur subsidia humana. Nam qui ita putat Deo confidentem esse, ut ingremte articulo hostilis oppugnationis, noli manibus se defendere, neque vim hostilem vi armorum repellere, si Deum testat, quia victoriam à Deo expectat velut quendam miraculo, cum possit ipse impetum hostilem viâ et ratione, quam natura præscripsit, avertere. Est enim lex nature, vini vi, salvâ lege iustitiae, repellere. (Estius.)

compendio rem omnem absolvit et claudit, ostendens nullam ab eo laudatam esse sapientiam præter eam quæ Dominum agnoscit, et sapientes omnes ac prudentes viros Dominio esse subditos, neque quicquam moliri adversus Dominum. Aliter, *contra Dominum*, verti potest *coram*, vel *de regione Domini*, hoc est: Si cum sapientiâ Domini conferatur, non est sapientia ulla humana, vel prudentia, sed stultitia potius et amentia. Aliter: *Non est sapientia*, hoc est, nullus sapientia sibi proderit, *contra Dominum*; q. d., ut eripiatur de manu Domini. Quamvis *equus pareat ad bellum*, et cetera quæ sunt necessaria ad victoriam et ad eripiendum nos ab hostilibus, tamen servari non possumus nisi per Dominum. Si sententia Domini lata

## CAPUT XXII.

1. Melius est nomen bonum, quam divitiæ multæ: super argentum et aurum gratia bona.

2. Dives et pauper obliaverunt sibi; utriusque operator est Dominus.

3. Callidus vidit malum, et abscondit se; innocens pertransit, et afflictus est damno.

4. Finis modestiæ timor Domini, divitiæ, et gloria, et vita.

5. Arma et gladii in viâ perversi; custos autem animæ suæ longè recedit ab eis.

6. Proverbium est: Adolescens juxta viam suam; etiam cum sennerit, non recedit ab eâ.

7. Dives pauperibus imperat, et qui accipit mutuum, servus est pauperibus.

8. Qui seminat iniquitatem, metet mala, et virga ira sua consummabitur.

9. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur; de pauperibus enim suis dedit pauperi.

Victoriam et honorem acquirit qui dat munera: animam autem auferet accipientium.

10. Ejice derisorem, et exhibi cum eo jurgium, cessabuntque causæ et contumeliæ.

11. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam laborum suorum, habebit amicum regem.

12. Oculi Domini custodiunt scientiam; et supplantant verba iniqui.

13. Dicit piger: Leo est foris, in medio platearum occidens eum.

14. Fovea profunda est aliena; cui iratus est Dominus, incidit in eam.

15. Stultitia colligata est in corde pueri, et virga disciplina: fugabit eam.

16. Qui calumniamur pauperem, ut augetur divitiis suas, dabit ipse ditiori, et egebit.

17. Inclina aurem tuam, et audi verba sapientium; appone autem cor ad doctrinam meam.

18. Quæ pulchra erit tibi, cum servaveris eam in ventre tuo, et redundabit in labiis tuis;

19. Ut sit in Domino fiducia tua, unde et ostendi eam tibi hodiè.

20. Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus et scientiâ:

est et decreta contra nos, nullâ sapientiâ aut consilio prudentiam eam licebit rescindere. Denique, *non est sapientia*, hoc est, non est sapiens reputatus, *adversus Dominum*: qui verâ Dominum religione non colit, sapiens non est estimandus. Infideles, Turci, M. heretici, hæretici, quamlibet sapientes videantur, tamen non sunt, cum contra Dominum sapientiâ suâ pugnent. *Equus paratur ad bellum*, q. d.: Neque in hominibus neque in animalibus fidendum est, neque ullis virtutibus bellis; nam *salus et victoria à Domino* solo pendet. Sive igitur animi prudentia sive vires sunt alicui, in his fidendum non est, nisi in Domino; et cum Domino his utendum, non contra Dominum.

## CHAPITRE XXII.

1. La bonne réputation vaut mieux que les grandes richesses; l'amitié est plus estimable que l'or et l'argent.

2. Le riche et le pauvre se sont rencontrés. Le Seigneur est le créateur de l'un et de l'autre.

3. L'homme habile voit le mal et se met à couvert; l'imprudent passe outre, et il trouve sa perte.

4. Le fruit de la modestie est la crainte du Seigneur, les richesses, la gloire et la vie.

5. Les armes et les épées sont dans la voie des méchants; celui qui garde son âme s'en retirera bien loin.

6. On dit d'ordinaire: Le jeune homme suit sa première voie; dans sa vieillesse même il ne la quittera point.

7. Le riche commande au pauvre, et celui qui emprunte est assujéti à celui qui prête.

8. Celui qui sème l'injustice moissonnera les maux, et il sera brisé par la verge de sa colère.

9. Celui qui est porté à faire miséricorde sera béni, parce qu'il a donné de ses pains aux pauvres.

10. Celui qui fait des présents, remportera la victoire et l'honneur; mais il ravit les âmes de ceux qui les reçoivent.

11. Chassez le railleur, et les disputes s'en iront avec lui; alors les plaintes et les outrages cesseront.

12. Celui qui aime la pureté du cœur aura pour ami le roi, à cause de la grâce qui est répandue sur ses lèvres.

13. Les yeux du Seigneur gardent la science; mais les paroles de l'injuste seront confondues.

14. Le paresseux dit: Le lion est là dehors; je serai tué au milieu des chemins.

15. La bouche de l'étranger est une fosse profonde; celui contre qui le Seigneur est en colère y tombera.

16. La folie est liée au cœur de l'enfant, et la verge de la discipline l'en chassera.

17. Celui qui opprime le pauvre, pour accroître ses richesses, donnera lui-même à un plus riche que lui, et deviendra pauvre.

18. Écoutez l'oreille; écoutez les paroles des sages, et appliquez votre cœur à la doctrine que vous enseignent.

19. Vous en reconnaîtrez la beauté lorsque vous la garderez au fond de votre cœur, et elle se répandra sur vos lèvres.

20. Elle vous servira à mettre votre confiance dans le Seigneur; c'est pour cela que je vous l'ai représentée aujourd'hui.

21. Je vous l'ai décrite triplement, avec méditation et avec science.

(1) Ce verset n'est point dans l'Hebreu, ni même dans quelques éditions latines.